



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

cap. 20. De ultimo modo per medium Amoris proximi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

Per secundam perfectum sui ipsius odium affectum  
unde totum ejus desiderium positum erat in patiens: I  
& patiendo summam sentiebat pacem & læticiam: nobis a  
continuo sui ipsius odio pariter reperiebat contanim  
Christi amorem. nobis

## CAP. XX.

*De ultimo modo per medium Amoris  
proximi.*

**S. Dionys.** **P**roprietas amoris est, quod amantem extra se  
*de Divin.* & quodammodo in amatum transferat. Quod  
**Nom. c. 4.** D. Dionysium & S. Thomam locum etiam habet  
**l. p. q. 20.** amore Divino, in quantum est communicativus  
**art. 2.** ratis suæ ad extra. Unde amor Dei non continetur  
taxat intra Deum; verum etiam se diffundit extra De  
ad creaturas & effectus procreandos.

Supposita hac veritate amoris Dei, ad similitudinem  
illius amor noster quoque procedere debet: ita ut  
solum amemus Deum in seipso, sed etiam extra illum  
non solum amore intensivo; sed etiam extensivo  
effectibus ejus, & in creaturis præsertim ratione præ  
ditis, in quibus speciali modo exhibetur & relucet  
gloria Dei:

**Serm. 26.** Praxin modi hujus docet S. Augustinus. Confide  
**de Verb.** inquit, proximum, veluti Christi substitutum, tanquam  
**Dom.** aliquem Vice-Christum, relictum à Christo in locum  
ipsummet Christi, & quod Christus respiciendo proximum  
**Matth. 25:** dicat: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi*  
*fecistis.* Veluti si dives quidam, ait S. Augustinus, habet  
multas pecunias aliis concreditas, & ipse non indiget  
illis, donaret eas eisdem ex pauperioribus amicis suis  
diceretque debitori suo: *Quod mihi debes, huic solve.* Et  
*quod huic feceris, mihi feceris.* Ad eundem modum Christus  
multa nobiscum habet debita: siquidem omnia, quæ sunt in  
potestate nostra, imò vitæ propriæ infinities ei debemus.  
Omnia hæc debita vult à nobis solvi non alteri nisi proximo,  
dicendo: *Quod uni ex illis feceris, mihi feceris.*

Et veritas horum desumpta est ex verbis illis S. Joannis: *In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere.* q. d. Christus exposuit vitam suam per nobis, & nos eandem exponere debemus pro proximo: quia debitum hoc Christus transtulit in proximum: ac vitam, quam debemus Christo, idem vult à nobis exponi in commodum proximi.

Hic parumper subsistes, ò anima mea, considerabisq; quantum debeas Christo tot tantisq; titulis Creationis, Redemptionis, Justificationis, &c. Abs dubio tantum debes, quantum potes, quantum es: obligaris itaque totam exponere vitam, imò millenas, si tot tibi essent, in ejus servitium & obsequium: quotidie pro ejus amore sanguinem profundere & millena subire martyria desiderare debes. Christus itaque vult, ut totum hoc persolvas proximo tuo, ac præstes personæ fratris tui, quod ipsi præstare teneris, & cum hoc planè debiti sui solutionem recipiet. Quapropter Sanctus ille Eleemosynarius, cum gratiæ ipsi refererantur à quodam paupere, non immerito dicere solebat: *Nescis, quantum tibi debeo.* q. d. quod facio, respectu ejus, quod facere debeo, valdè parum est, cum tibi etiam propriam debeam vitam: considerabat enim, quod vitam, quam debebat Christo, exponere deberet pro paupere Christi, cui Christus cefferat debiti sui sibi persolvendi obligationem, pauperem loco sui substituendo creditorem.

Et hæc sufficiant de praxi Divini amoris ad laudem & gloriam ipsiusmet Amoris.



EXER